Appellationes earumque prosequutiones fuerunt ac promissa omnia poenis simplicibus
et triplicatis Excessionibus suspensionibus fatalibus Juris praeservatione Denegati bello
Conventionesque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quovis
modo Evadendo. Ad cuius praesentibus personalibus Recognoscentibus de suis mediantibus.

Actum in Castro Premyslien Feria Quinta post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

23/III 1651

Niehrebeccij Pater cum Filio Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premyslien
Nobiles Ewan Pater ab Unus et Paulus filius ab altera partibus de Niehrybka
Niehrebeccy sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus
Jurisdictionibusque suis quibuscumque propriis et competentibus recedendo. Praesenti
vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premyslien quoad Actum hunc attinet
se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo
rando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoscentes qui
libet illorum seorsim pro praeinteresse recognovit Quia ipsi seu suos Successores
vi et superioris suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibuscumque
habitis et habendis Inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter
se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa con
tentarum de Actu et data eiusdem hujus Premysliae Feria Sexta post Festum San
ctae Agnetis Virginis et Martyris proxime praeterita pro confectis manibus Re
cognoscentium ab utrinque subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eius
dem Intercisae Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentisque ac
nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter

observare

Fredrowa et Wolski Intercisum Roborant.